Ego Johannes de Moderspach Archidiaconus ttis sancti Lubency in dietkirchen in ecclia Treueren Notum facio vniuersis Q̃ Archidiaconatu meu predictum et omnem eiusdem Archidiaconatus Iurisdictionem vna cũ vniuersis suis Iuribus et pertinencijs a Reuerendissimo in christo patre et dno domino Jacobo Archiepo Treueren id principe electore domino meo gratiosissimo ad cuius collationem seu prouision ipse Archidiaconatus meus pertinet pleno Iure recepi et me recepisse recognosco per pnites Q̃ꝗ in huiusmodi mea promotione tamdiu dno meo dno Archiepo Treueren infrascriptum obue et fidelitatis prestiti Iuramentu cui tenor sequitur in hec verba Ego Johannes de Moderspach Canonicus et Archidiaconus ttis sancti Lubency in dietkirchen in ecclia Treueren Iuro polliceor et promitto Q̃ ab hac hora in antea fidelis ero Reuerendissimo in christo patre et dno dno Jacobo Archiepo Treueren eiusq; successoribus et ecclie Treueren ipsorumq; personas res iura statum et honorem pnites et futuras fideliter promouebo et proposse defendam periculu siue dampnu rerum seu personarum ipsorum non tractabo nec tractari procurabo verbo vel facto Nec tractantibus dabo consilium auxilium vel fauore Q̃si quempiam aliquid horum tractare vel procurare sensero quacumq; potero eis manifestabo Consilia et secreta eorum mihi credita fideliter apud me retinebo et ea milli ad eorum dampnu prendum vel contumelia pandam Archidiaconatu meu predictum et ipsius Iura prouentus et libertates fideliter manutenebo et deperdita ex hijs proposse recuperabo Nec de hijs aliquid alienabo vendam impignorabo in feudum vel in emphiteosim concedam sine prefati dni mei Archiepi Treueren aut suorum successorum licencia et consensu expressis Clerum mihi subiectum in honoribus et Iuribus suis debitis fideliter conseruabo in quanto posse Nec eos artabo aut artari permittam vltra id quod per ipsos erga suos Archidiaconos predecessores meos ab olim fieri est consuetum prefatoq; domino meo Archiepo eiusq; successoribus seruiam et obediam in omnibus licitis et honestis Contra premissa aut aliquod eorum non impetrabo relaxationem dispensationem seu commutacionem a Sanctissimo dno nostro summo pontifice seu eius successoribus generalibus Concilijs eorum legatis seu alia quacumq; persona quacumq; eciam presulgeat dignitate Nec vtar impetratis vel impetrandis eciam si motu proprio fuerint concessa Sic me deus adiuuet et hec sancta dei euangelia Jn cuius rei testimonium ego Johannes de Moderspach supradictus has litteras sigilli mei appensione munimi Datum in mon^sterio sti maxmi die vigesima septima Septembris Anno dni Millesimo Quingentesimo Septimo

Diözesanarchiv Limburg (DAL)
Signatur: FA/1, Nr. 10

N: 4 fasc. A

f 2ta

F

Iuramentum d. Johannis de Mudersbach Clerici Treuerensis

Archidiaconatus de Mudersbach

Iuramentum d. Joannis de Mudersbach archidiaconi in Dietkirchen

Emmo Treuir. praesulum

Anno 1509.